

**www.e-rara.ch**

**Concilium Romanum in sacrosancta basilica Lateranensi celebratum anno  
universalis iubilaei MDCCXXV. a sanctissimo patre, et domino nostro  
Benedicto papa XIII. pontificatus sui anno I**

**Benedikt**

**Romae, 1725**

**Zentralbibliothek Zürich**

Shelf Mark: Re 215

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-42508>

Titulus VI. De aetate, & qualitate praeficiendorum.

---

**www.e-rara.ch**

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

---

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

## TITULUS VI.

De ætate, & qualitate  
Præficiendorum.

## C A P. I.

*Scholares ad primam Tonsuram admit-  
tendi ratio præscribitur.*

**C**UM per Apostolum scriptum sit,  
*Nemini citò manum imposue-  
ris [a]*, Episcopis animadver-  
tendum significamus; quàm periculosa  
sit sacra manuum imposuio, debita di-  
ligentia neglecta. Super iis itaque, qui  
prima Tonsura sunt initiandi, curam  
omnem adhibeant, & inquisitionem;  
an tales sint, qui probabile iudicium,  
non humano quidem consilio, aut fori  
sæcularis declinandi, vel a laicalibus se  
muneribus, & oneribus eximendi causa,  
ecclesiasticæ eos militiæ adscribi velle,  
præferant; sed tale ipsos vitæ genus  
eligere, ut, jugi Ecclesiæ servitio man-  
cipati, majorem Deo cultum valeant  
exhibere. Caveant insuper, ne alios ad  
clericalem ipsam Tonsuram admittant,  
quàm quos, juxta Tridentini Concilii  
san-

<sup>a</sup>  
1. *Tbimot.* 3.

<sup>a</sup>  
*Seff. 23. de re-  
 form. cōp. 4.  
 & 6.*

functiones [a], literarum studiis operam  
 fic dare confiterit, ut quasi in via ad  
 reliquos Ordines suscipiendos versari  
 videantur, & quos tantummodo pro Ec-  
 clesiarum necessitate, vel utilitate di-  
 vinis ministeriis deputari noverint ex-  
 pedire.

## C A P. I I.

*Clericali Tonsura initiandi, certo Eccle-  
 siarum servitio in ipsa Ordinatione  
 per Episcopos adscribantur.*

<sup>b</sup>  
*Concil. Trid.  
 cit. seff. cap. 6.  
 & 16.*

**C**Lericali insuper Tonsura nullus  
 initietur, nisi eodem tempore Ec-  
 clesiae illi adscribatur, pro cuius servitio  
 debet ordinari [b]. Si qui verò sint,  
 etiam minoribus, aut sacris Ordinibus  
 insigniti, qui nulli certae Ecclesiae fue-  
 rint adscripti, Episcopi adscriptionem  
 huiusmodi, etiam a suis Prædecessori-  
 bus omissam, suppleant, & pro arbitrio  
 servitium, toties quoties opus fuerit,  
 præstandum designent: quam adscri-  
 ptionem, quoad eos, qui jam promoti,  
 extra Dioecesim, vel studiorum causa,  
 vel alia, ab Episcopis probata, com-  
 morantur, ad tempus, ipsismet Episco-  
 pis benevisum, differri posse indulge-  
 mus.

TITULUS VI. 29

mus. Ita autem adscripti, et si Clerici sint, etiam conjugati, aut beneficia, vel officia ecclesiastica non obtineant, ab Ecclesiæ servitio, cui fuerint deputati, festis diebus singulis, præsertim solemnioribus, ne absint, propria ibi munia obituri; aliàs ad altiores gradus promovendi, non promoveantur, & jam promoti, Episcoporum arbitrio pro inobedienciæ gravitate multentur. Crescente verò contumacia, Episcopi, ultra pœnas a Tridentino Concilio indictas, post trinam canonicam monitionem, contra inobedientes, & contumaces procedant ad omnium usque privilegiorum clericalium privationem: servata in reliquis nupera super hoc Constitutione nostra, quæ in citata exhibebitur Appendice.

C A P. III.

*Ad sacros Ordines promovendorum  
qualitates.*

**C** Eterùm qui propiùs ad sacratissima Mysteria accessuri sunt, ultra cetera requisita, ea volumus scientiâ polleant, & pietate, ut Ecclesiæ sacramenta dignè ministrare, Christi fideles sanam doctrinam edocere, & eos in via  
sa-

salutis, non minùs exemplo, quàm ver-  
bis, valeant anteire. Quapropter Epi-  
scopi nonnisi illos ad sacros Ordines  
promoveant, quàm quos verè dignos,  
& habiles, requisita etiam habentes, a  
sacra ipsa Tridentina Synodo [a] præ-  
scripta, per diligentem inquisitionem  
compererint. Verùm, qui ad Presby-  
teratum erunt assumendi, idonei priùs  
ad sacramenta ministranda per diligens  
examen comprobentur, & ad ea popu-  
lum docendum, quæ scire omnibus per-  
tinet ad salutem; quod quidem, ut re-  
ctè præstari possit, eosdem Episcopos in  
Domino exhortamur, ut, quantum fieri  
potest, eos tantùm ad sacerdotium assu-  
mant, quos saltem Theologiæ moralis  
competenter peritos agnoscant.

a  
Loc. cit. cap.  
13. & 14.

## C A P. I V.

*Ordinandi in aliena Diœcesi ad titulum  
beneficii, ab Episcopo domicilii exami-  
nentur. Fructus verò beneficii valorem  
æquet patrimonii ad taxam ejusdem  
domicilii.*

**Q**uicumque autem domicilium in  
una Diœcesi habentes, in alia be-  
neficium ecclesiasticum obtinuerint, &  
ad

TITULUS VI. 31

ad illius titulum ab Episcopo, in cujus Diœcesi est beneficium, promoveri petierint, præter literas testimoniales super eorum natalibus, ætate, vita, & moribus, juxta Constitutionem fel. rec. Innocentii Papæ XII. quæ incipit *Speculatores*, impetrandas, examen quoque coram domicilii Episcopo, si in ejus Diœcesim sint reversuri, super scientia, & idoneitate, ut dictum est, subire teneantur; neque testimoniales literas ullatenus concedi volumus, nisi, prævio antedicto examine, habiles ad ordinem approbari meruerint. Beneficium autem ad congruam vitæ sustentationem, ita erit, ut absolutè, juxta taxam, moremve propriæ Diœcesis, ad quam ordinandus sit rediturus, sufficiens esse judicetur.

C A P. V.

*Requisita ad Canonicatus, aliaque obtinenda simplicia Beneficia, proponuntur.*

**I**N conferendis tandem Canonicatibus, aliisque etiam Beneficiis simplicibus, Episcopi non carnem respiciant, aut sanguinem, sed servitium attendant, & qualitates providendorum.

Ad-

Advigilent insuper, ut in faciendis collationibus, ne alii esuriant, & alii ebrii sint, justitia semper distributiva servetur, prudenti Collatorum arbitrio regulata. In Canonicatibus verò, ut supra, conferendis, ceteris paribus, semper eos præferant, qui tantum callent Gregorianum; & collatione ad Sedem Apostolicam spectante, de ejusdem cantus peritia mentio fiat in testimonialibus, quæ concedentur.

---

## TITULUS VII.

### De officio Judicis delegati.

#### C A P. I.

*Episcopi, in Civitatibus residentes, Diœcesis curam non negligant.*

<sup>6</sup>  
2. Cor. 9. 8. 22

**C**UM Episcopi, ad Apostoli [a] normam, omnibus omnia fieri, & esse teneantur, ut omnes, sibi commissos, Christo lucrifaciant, animadvertendum est illis, ut dum, in Civitatibus residentes, corpore ab aliis absunt Oppidis Diœcesis, studeant tunc, ut ipse Paulus agebat, spiritu præsen-  
tes